

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentium Imperatorum**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

XX. Timoleon.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

digna perpeteris Phocion! huic ille, at non inopinata, inquit, hunc enim *exitum*¹⁴ plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut¹⁵ nemo ausus sit eum liber sepelire. itaque a seruis sepultus est.

¹⁴ plerique clari viri] pauciores forsán, qui cicutá in carcere necati, ut Sócrates: plures antem, qui quam optime meriti, proditiónis accusati vel carcere ac multa pecuniaria, vel exsilio furorem populi exsatiarunt ut Miltiades & Themistocles, C.

¹⁵ nemo ausus sit eum liber sepelire] quia lex negabat sepulturam damnatis proditiónis crimine, ut supra Themistocle extremo notauimus. Diodorus XVIII. c. 67. Phocionem & ceteros cum illo damnatos (quos Plutarchus nominat) citra sepulturam extra fines Atticae proiectos esse tradit, ἐπιπέτασαν ἄταφοι πάντες ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄρων. Ultra Eleusinen corpus a vespillone portatum crematumque esse, Plutarchus auctor est, qui addit, breui post poenitentia ductos Athenienses ossa reducta publice extulisse, & ex aere statuam Phocioni ponentes, Agnonidem, causam damnationis, interfecisse. C.

XX.

TIMOLEON. TIMOLEON

ARGUMENTVM.

- Timoleon*
1. Timoleon & patriam & Siciliam tyrannide liberauit, Naxos fratrem sustulit, tyrannum Corinthiorum, licet multi cum matre factum improbarent.
 2. Missus auxilio Siceliotis, Dionysium depulsum insula, Corinthum misit, Hicetam vicit. Poenos ad Crinissum fudit, & Mamercum cepit: 3. urbes nouis colonis instaurat, & insulae pristina pace restituta, castris euerfis, imperium deponit, honore tamen & gratia idem manens.
 4. Senex oculus captus, vehiculo in concionem ferebatur, in deos pius, Fortunae sacellum constituit.
 5. Accusantium procacitate laetatur, ut argumento liberatus restituta: mortuus, sepelitur magnifice.

L 7

Timoleon

I **T**imoleon Corinthius, sine dubio magnus
 omnium ¹ iudicio hic vir existit. namque
 huic vni contigit, quod nescio an vlli, vt & pa-
 triam, in qua erat natus, ² oppressam a tyranno
 liberaret; & a ³ Syracusis, quibus ⁴ auxilio erat
 missus, inueteratam seruitutem depelleret: to-
 tamque Siciliam multos annos ⁵ bello vexatam,
 a ⁶ barbarisque oppressam, suo aduentu in ⁷ pri-
 stinum restitueret. Sed in his rebus non ⁸ simpli-
 ci fortuna conflictatus est, & ⁹ id quod diffici-
 lius putatur, multo sapientius tulit secundam,
¹⁰ quam aduersam fortunam. Nam cum frater eius
 Timophanes, ¹⁰ dux a Corinthiis delectus, ty-
 rannidem per ¹¹ milites mercenarios occupasset,
¹² particepsque regni posset esse: ¹³ tantum abfuit

Cap. I. ¹ iudicio] ex.

² oppressam a tyranno] fratre Timophane. num. 3. C.

³ Syracusis] vrbē nobili Siciliae.

⁴ auxilio] in auxilium.

⁵ bello vexatam] tum ab externo Carthaginensium;
 tum intestino tyrannorum. Iustin. XIX. 1. XX, 5. Diodor.
 XV. 73. XVI. 66. C.

⁶ barbaris] Carthaginensibus, qui partem insulae te-
 nebant, quos Romani tandem eiecerunt. C.

⁷ pristinum] statum. ⁸ simplici] cum.

⁹ id quod difficilius putatur] Accidit plerisque morta-
 libus, vt inconsideratiores in secunda, quam aduersa sint
 fortuna, Supra Conone c. 5. In eandem sententiam Dio-
 dorus XVII. 38 τὰς πλείους ὁρᾶν ἐστὶ τὴν εὐτυχίαν ὡσπερ
 τὴ βαρὺ φορτίον φέρειν ἀδυνατῆντας. C.

¹⁰ dux a Corinthiis delectus] bello aduersus Argiuos &
 Cleonaeos. Plutarch. f. 237. C.

¹¹ per milites mercenarios] quadringentos numero,
 quos ciuitas Corinthiorum alebat, Plutarch. c. l. C.

¹² particeps] Timoleon.

¹³ tantum abfuit] ita saepe noster. Lambinus in Co-
 a societate

a societate sceleris, ut antea dicitur suorum civium libertatem fratris saluti: & patriae legibus obtemperare ¹⁴ satius ¹⁵ duxerit, quam imperare patriae. ¹⁶ Hac mente per ¹⁷ haruspice[m], communemque ad finem, cui soror ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit. nam dum ¹⁸ res conficeretur, procul in ¹⁹ praesidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc praeclarissimum eius factum non pari ⁵ modo probatum est omnibus. nonnulli enim laesam ab eo ²⁰ pietatem putabant, & ²¹ invidia laudem virtutis obtinebant. Mater vero post id factum, neque ²² domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret. ²³ Quibus rebus ²⁴ ille ⁶

non. c. 1, & Horat. Satyr. l. 4. v. 101 contendit solum *afuit* latinum esse, non *absuit*. Sed etsi non malum *afuit*, nec tamen minus bonum *absuit*, quod aequae MSS. libri exhibent, quod semel memorasse sufficiat. Vide Cicer. Ep. Fam. II. 1, & IV. 3, & adde Torrentium ad Horat. c. l. C.

¹⁴ satius] melius. ¹⁵ duxerit] aestimaverit,

¹⁶ hac] ex.

¹⁷ per haruspice[m]] *μαρτυρι* Plutarchus, Satyrum vel Orthagoram nomine: cui Aeschylus adiunctus erat, frater uxoris Timophanis. C.

¹⁸ dum res conficeretur] dum caedes perageretur. C.

¹⁹ praesidio fuit] procul stans cavit & custodiuit, ne quis percussores impediret. Plutarchus ait, recessisse paullo, & obuoluto capite stetisse lacrimantem. C.

²⁰ pietatem] adfectum in necessitudines, ut de Regib. c. l. n. 4, & Attico c. 5. n. 1, & c. 17. n. 1. C.

²¹ invidia] ex.

²² domum] in.

²³ quibus] ex.

²⁴ ille] Timoleon,

adeo

¹¹ Hiceta bellauit, qui aduersatus fuerat Dionysio, quem non ¹² odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, ¹³ indicio fuit, quod ipse ¹⁴ expulso Dionysio imperium dimittere noluit. Hoc superato Timoleon ¹⁵ maximas copias Carthaginiensium apud Crimissum flumen fugauit, ac satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere, ¹⁸ qui iam ¹⁹ complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam ²⁰ Mamercum, Italicum ducem; hominem bellicosum & potentem, qui tyrannos ²¹ adiutum in Siciliam uenerat.

Quibus rebus confectis cum propter diuturnitatem

¹¹ Hiceta] Leontinorum dynasta, Plutarch. init. Timol. & Diodor. XVI. 69 Graece *ἱέρης*. C.

¹² odio] ex. ¹³ indicio] zur anzeige.

¹⁴ expulso] ab i. e. post expulsum Dionysium.

¹⁵ maximas copias Carthaginiensium] LXX millia. Plutarch. p. 248, siue sexies numerosiorem exercitum, quam ipse habebat. Diodor. XVI. 70.

¹⁶ apud Crimissum] Varie scribitur. Plutarchus f. 248. *ἔην πρὸς τὸν Κριμισσὸν ποταμὸν*: Diodorus XIX. 2. *ἐπὶ τῷ Κριμισσῷ*: Lycophron v. 961 *Κριμισσός*, quam scripturam etiam Holstenius probat ad Steph. Byz. p. 174. Dionysius Hallicarnass. lib. 1. f. 41, *Κριμισσός*, ἐν γῆ Σικανῶν, quod verum nomen laudat Cluuerius Sicil. Antiq. II. 2. vbi etiam de situ eius disputatur. Videtur idem flumen, quod Virgilio *Æn. V. v. 38 Crinissum* dicitur: Fazello de Reb. Sicul. p. 140 *Crinissum*. C.

¹⁸ qui] Afri. ¹⁹ complures] per.

²⁰ Mamercum Italicum ducem] Catanæ tyrannum, Plutarch. p. 250. forsan genere Italum. Nam Lucanos contra Syracusanos & Timoleonta concitauit, sed antequam res perficeretur, a suis desertus, se Timoleonti dedit, & supplicio ab Syracusanis adfectus est, *ibidem* p. 252. C. ²¹ adiutum] zu hülfe.

nitatem

nitatem belli non solum regiones, sed etiam
 1 vrbes desertas videret, conquiſiuit, quos potu-
 it, primum Siculos; deinde 2 Corintho arceſſi-
 vit colonos, quod ab 3 his 4 initio Siracusae erant
 conditae. Ciuibus veteribus ſua reſtituit, nouis
 vacuefactas poſſeſſiones diuiſit, vrbium moenia
 diſiecta, fanaque [5 deleta] 6 reſecit, ciuitatibus
 leges libertatemque reddidit: ex maximo bello
 tantum odium toti 7 inſulae conciliauit, vt 8 hic
 conditor vrbium earum, non illi, qui initio
 9 deduxerant, videretur. Arcem Syracuſis, quam
 munierat Dionyſius ad urbem obſidendam, a
 fundamentis diſiecit: 10 cetera tyrannidis pro-

Cap. III. 1 [sed etiam vrbes desertas] Tanta ſolitude
 erat, vt in foro Syracuſano equi paſcerentur, & circa
 moenia venationes eſſent: cetera oppida, praeter pauca
 ceruis & apris latibula praebere, Plutarch. p. 247. C.

2 Corintho arceſſiuit colonos] quod exules vndique re-
 vocari non ſufficerent tot vacuis poſſeſſionibus. Plutarch.
 p. 247. C. 3 his] Corinthis. 4 initio] in.

5 deleta] Vox deleta a Lambino eſt: libri plerique de-
 ſerta, quod dure cum reſeci componitur. Deſerta enim
 celebrantur, frequentantur, non reſiciuntur. Plinius E-
 piſt. X. 97 extrem. prope iam deſolata (eadem quae de-
 ſerta) templa coeſſiſſe celebrari. Schotti liber neutrum epi-
 theton habet, nec male, Gebhardi iudicio atque Boſii. C.

6 reſecit] wieder ergaenzet. 7 inſulae] Siciliae.

8 hic] Timoleon.

9 deduxerant] ſubaudi colonias. Hoc enim proprium
 verbum eſt, quibus colonias mitti & conſtitui ſignifi-
 camus. Cicero Philipp. II. c. 40 Deduxiſti coloniam Ca-
 ſilinum, quo Caefar ante deduxerat. Conſuluiſti me per litte-
 ras, poſſeſne ubi colonia eſſet, eo coloniam nouam iure deduce-
 re; negaui in eam coloniam, quae eſſet auſpicato deducta, dum
 eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos ad-
 ſcribi poſſe reſcripſi. C.

10 cetera tyrannidis propugnacula] non Syracuſis modo,

pugnacula

Qua citadella & reliqua
 deſignata ſunt, ſat in g. d. p.

pugnacula demolitus est, deditque operam, ut
quam minime multa vestigia seruitutis mane-
rent. Cum¹¹ tantis esset opibus, ut etiam¹² in-
vitis imperare posset: tantum autem haberet
amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante
regnum obtineret: ¹³ *maluit se diligi, quam me-
tui.* Itaque¹⁴ cum primum potuit, imperium
deposuit, & ¹⁵ priuatus Syracusis, quod reliquum
vitae fuit, vixit. neque vero id imperite fecit, nam
quod ceteri reges ¹⁶ imperio ¹⁷ potuerunt, hic
¹⁸ benevolentia tenuit. Nullus honos huic de-
fuit: neque postea Syracusis res vlla gesta est pu-
blica, de qua prius sit decretum, quam Timole-
ontis sententia cognita. Nullius vnquam con-
siliium non modo antelatum, sed ne comparatum
quidem est, neque id magis ¹⁸ benevolentia fa-
ctum est, quam prudentia.

Hic cum¹ aetate iam prouectus esset, sine vlllo
morbo² lumina oculorum amisit. quam cala-
mitatem ita moderate tulit, ut neque eum que-
rentem quisquam audierit, neque eo minus pri-

sed diuersis locis per insulam. Diodorus XVI. 71 τὰς
μὲν κατὰ τῆς νῆσος ἀκροπόλεις καὶ τὴν ἀγορὰν κατέσκαψεν. C.

¹¹ opibus] potentia praeditus.

¹² inuitis] Syracusanis nolentibus.

¹³ *maluit se diligi, quam metui*] Praeclare & sapienter.
nam, quod Cicero dicit Offic. II. 7. *Omniū rerum nec
aptius est quidquam ad opes tuendas, quam diligi, nec alienius,
quam timeri.* C. ¹⁴ *cum primum*] so bald als,

¹⁵ *priuatus*] publico sine munere.

¹⁶ *imperio*] ex. ¹⁷ *potuerunt*] facere.

¹⁸ *benevolentia*] ex.

Cap. IV. ¹ *aetate*] in.

² *lumina oculorum amisit*] Poetis saepe lumen est oculi
ius: mollior dictio, si vocabulum oculorum accedit. Ea-
dem coniunxit Lucretius, IV. vatis

2 vatis publicisque rebus interfuerit. veniebat autem in theatrum, cum ibi concilium populi haberetur, propter ³ valetudinem vectus ⁴ iumentis ⁵ iunctis, atque ita de vehiculo, quae ⁶ videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam ⁷ superbiae, nihil enim vnquam, neque inlorens, ⁸ neque gloriosum, ex ore eius exiit: qui quidem, cum suas laudes audiret praedicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas diis gratias agere atque habere, quod cum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent: nihil enim rerum humanarum sine deorum numine agi putabat. Itaque suae domi ⁹ sacellum *ἀυτοματίας* constituerat, idque sanctissime colebat.

Lumine ne facias oculorum clara creata,

Prospectare ut possimus. C.

³ valetudinem] Haec vox vna τῶν μέσων est. h. e. quae tam bonum, quam malum significatum obtinent. Significatio eius ex contextu optime cognoscitur, ut h. l. aduersam valetudinem siue morbum notat.

⁴ iumentis] ab. ⁵ iunctis] coniunctis, conligatis.

⁶ videbantur] sc. ipsi: h. e. quae volebat: quae placebat dicere. ⁷ superbiae] zum hochmuthe.

⁸ ex ore eius exiit] Sacris locutionibus persimilis phras; nec tamen minus Latina, Tullius de clar. Orat. c. 76. quam nihil non consideratum exibat ex ore? & in Vatini-um c. 2 non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accidit. C.

⁹ sacellum *ἀυτοματίας*] Vox graeca casum quidem significat, a Fortuna alias distinctum apud Aristotelem Phys. 1 6. & Plutarchum de Fato f. 752. hoc autem loco Fors Fortuna est, siue eiusmodi dea, quae actiones hominum resque cunctas regat & moderetur. Huic enim Timoleon quidquid successuum habuit, imputauit. Plutarchus f. 253 ἐπὶ τῆς ὀμίας ἰερὸν ἰδρυμένον ἀυτοματίας ἱδυσε. C.

Ad

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. Nam proelia maxima¹ natali die suo fecit omnia: ² quo factum est, ut eius diem natalem, festum haberet vniuersa Sicilia. Huic³ quidam Lamestius, homo petulans & ingratus ⁴ vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo se ⁵ lege agere diceret; & complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur: Timoleon oravit omnes, ne id facerent. namque ⁶ id est Lamestio ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiiisse pericula. Hanc enim spectem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem, cum quidam Lamestii similis, nomine Demaenetus in concione populi, de rebus gestis eius ⁷ detrahere coepisset, ac ⁸ nonnulla inueheretur in Timoleonem: dixit, nunc demum se ⁹ voti esse damnatum. namque haec a diis immortalibus semper precatum, et talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua

Cap. V. ¹ natali] in. ² quo] ex.

³ quidam Lamestius] Laphystius Plutarcho f. 253. C.

⁴ vadimonium vellet imponere] cum vellet huic necessitatem imponere dandi vades, qui promitterent, se illum certa die in iudicio stituros: vel cum vellet eum cogere, ut datis vadibus promitteret, se certo die in iudicio adfuturum. Lambin. Adde infra Attic. c. 9. n. 4. C.

⁵ lege agere] secundum dictamen legum aliquem tractare, nach den rechten verfahren.

⁶ id] in ius vocare duces. ⁷ detrahere] laudem.

⁸ nonnulla] conuitia.

⁹ se voti esse damnatum] compotem factum. Virgil. eclog. V, damnabis tu quoque votis. Liuius VII. 28 aedem Iunoni Monetae vouit: cuius damnatus voti cum victor Romam reuertisset. C.

¹⁰ CHENIS

¹⁰ cuius liceret, de quo vellet, ¹¹ impune dicere.

4 Hic cum ¹² diem supremum obiisset, ¹³ publice a Syracusanis, ¹⁴ in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, ¹⁵ tota celebrante Sicilia, sepultus est.

¹⁰ cuius liceret, de quo vellet, impune dicere] Plutarchus p. 254. precatum a diis fuisse, ut possit Syracusanos videre τῆς παρρησίας κρείστος γενομένης. C.

¹¹ impune] est libere q. d. sine poena timenda vel instigenda.

¹² cum diem supremum obiisset] Diodorus XVI. 91 addit σεπτηνήσια: ἔτη ὀκτώ octavo imperii anno dubium relinquens, num solus praefecturae bellicae annos an etiam quietis & otii intelligat. C.

¹³ publice] sumtu ducentarum minarum, Plutarch. & Diodor. c. l. facto simul decreto, ut quotannis in honorem Timoleonis ludi equestres, gymnici, & musici celebrarentur. C.

¹⁴ in gymnasio, quod Timoleonteum] in foro sepulcrum extruxerunt, quod porticibus postea cinctum, & palaestris inaedificatum fuit iuuentutis exercendae causa, idque gymnasium Timoleonteum appellatum est. Plutarch. extremo Timal. C.

¹⁵ rota celebrante Sicilia] Plutarchus c. l. Tempus datum est & Syracusanis ad apparandum funus, & vicinis ac peregrinis ad conueniendum, τοῖς περιούτοις καὶ ξένοις εἰς τὸ θυελάθειν. C.

XXI.

DE REGIBVS.

ARGVMENTVM.

1. De ducibus Graecorum haecenus: reges non nomine, ut Spartani, sed potestate clariore suere Cyrus, Darius, Xerxes, duo Artaxerxes: 2. Macedonici, Philippus & Alexander: Epirorensis, Pyrrhus: Siculus, Dionysius: 3. ex Alexandri amicis Antigonus, Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus, civilibus bellis sibi mutuo infesti: de quibus quod satum dictum est alibi, ad Carthaginenses duces properatur.

Hi